

Düsseldorf C. 91

220 x 160

Domino . M . virtutis vere cultori verissimo .
 regique inuictissimo . M . supremum in Christo
 gaudium . ac felicem super hoste triumphum .
 Quoniam tibi divina gratia regium nomen pariter
 et honorem concessit . | atque regnandi ad id
 necessaria ~~de~~ honestissime ditavit : felici incepto
 ut audiui . ipsi divinitati regni tui primitias deuoto
 pectore conseruasti . Quis enim predecessorum
 tuorum tantas crexit ecclesias ? Quis in laudem
 dei totidem coadunauit linguas ? Cum in
 propria et in latina deum digne uenerari posses . in
 hoc tibi non satis . grecam superaddere maluisti .
 Haec et huiusmodi studia te si in finem per-
 seueraueris . beatissimum praedicant . teque
 non adeo humano quam diuino iudicio
 electam . ad regendum populum sanctum
 dei . ueracissime testantur . qui in iudicio
 prouidus . in bonitate conspicuus . in uniuersa
 morum honestate preclarus haberiis . uiduis
 ut uir . orphanis ut pater . egenis et pauperibus